

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 203. Abjicienda quoque hæc plurimum Juniorum propositio: nulla,  
vel modica satisfactio imponenda est, dum pœnitens confitetur ad  
lucrandum Jubilæum, vel aliam Indulgentiam plenariam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

ne (ad integratatem ipsius requisita, secundum Tridentinum fess. 14. c. 3.) integrum non est. Est denique contra officium Medicis & Patris spiritualis: cum hoc non sit curare, sed forevare peccata, forendo impenitentiam. Etique peccatis connivere, & licentiam dare, cum oportet satisfactionis frēgo ac veluti flagello coercere, animaliumque vulnera, & pravos affectus, habitusque tatiſticatoria cataglogare sanare.

Meminerit Sacerdos, quod ut sequitur natus facit indulgentia matrum; sic proprie Salutis incruorios, legisque neglegit reos facit indulgentia Patrum spiritualium; quā dum eorum vulnera manu parcente contrectant, non curant, sed exagerant. Ideo namque scriptum est: Qui parcit virge, odit filium suum: qui autem dixit illum, inquit, erudit. Ideo etiam Tridentinum docet, vel ipsam divinam elementum decre, ne ita nobis aliquis illa satisfactione peccatum dimittatur, ut occasione accepta, peccata leviora reputantes... in graviora labetur... Procul dubio enim magnopere a peccato revocantur, & quasi frēgo quodam coercent he satisfactoria pœna. Ideo denique Institutio Christiana Moguntinensis de satisfact. §. longum eff. fol. 201. & 202. multos (inquit) tulit atas noſtra, qui conſunt pulvulos sub omni cubito manū, & faciunt cervicidia sub capite univerſa atatis, ad capientias animas. Quæ, contra Evangelii vigorem, venia facultatem promittentes, matutina bonitatem in somnium argenti... Nimurūm illa diabolus ei noctis persecutor, sub falsa securitate incantas animas ad certum interitus venantis. Dux enim ipso facilis venie nihil metuitur, sceleris celebriter circumdat. Hujusmodi Confessarios p̄e impios, & impie pios vocat S. Thomas Villanova, qui ne pœnitentem aliquantip̄er contrahent, illum in sua nequitia manet & permittunt. At quanto (ait) melius effet ad modicum contrahere, quam in eternum damnare! Si enim per falsas pœnitentias anima ad inferna tradatur, ut Doctor Angelicus ait opusc. 65. de offic. Sacerdot. quanto magis per pœnitentias nullas? per quas proinde pœnitentes non mittunt in purgatorium, sed in infernum. Nam ut Hugo de S. Victore Erudit. Theol. I. 2. de Sacram. p. 14. c. 3. ait, tametsi p̄st mortem ignis quidam purgatorius datur, ubi purgantur, & mundantur, qui hic corrigi caperunt, & non perfecserunt. Tamen qui in hac vita nec incipere voluerunt, ibi consummari non possunt.

Sed dato, non conceclo, quod eorum punio in purgatorio differetur, nimia profectio crudelitas est, male in acerbissimas purgatoriis penas filium spiritualem transmittere, quam hic ad modicum contrahere. Quam enim acerba sit purgatoriis pœna, Augustinus in Psal. 37. intimat, dicens: quia 1. Cor. 3. dicitur: salvis erit: contentus ille ignis. Gravior tamen erit ille ignis, quam quidquid potest homo pati in hac vita. Magna fuit pœna B. Laurentii in cratula, & etiam B. Bartholomaei (ait S. Vincentius Ferrerius serm. 2. Dom. 15. post Trinit.) sed nihil fuerunt respectu purgatoriis, in tantum quid momentum visentur mille anni. Tanta fuit purgatoriis supplicia, ut iis vīlis extatica Virgo S. Maria Magdalena de Pazzis anno 1587. exclamaverit: tormenta omnia à SS. Marirybus tolerata, horum respectu, sunt injar horti amarissimi. Censo itaque eum, qui dicit, nolo hic satisfacere, sed in purgatorio, blasphemare contra misericordiam Dei, que ipsum invitat ad penas respectivè levissimas, ut evadat acerbissimas.

## CAPUT CCIII.

Alijicienda quunque hac plurium Juniorum proposicio: nulla, vel modica satisfactio imponenda est, dum pœnitens confitetur ad

Tom. III,

lucrandum Jubilæum, vel aliam Indulgentiam plenariam.

**C**ardinalis de Lugo disput. 27. de pœnit. n. 27. 247<sup>2</sup>

& ali Noviores Casuilla docent, nullam à Confessario pœnitentiam esse necessariò imponendam, dum pœnitens lucrari vult Jubilæum, vel aliam Indulgentiam plenariam. 1<sup>o</sup>. quia Bonifacius VIII. ut refert Glosa in Extrav. antiquorum de pœnit. & remissi in Confessorio declaravit, quod sūi Pœnitentiarum nihil debent injungere, ultra injunctionem hic possum. Alijs, ut dicebat, Indulgentia frustraretur... nisi ad diuum finem injungatur, v. g. ad canalem futurorum, &c.

2<sup>o</sup>. qui lucratur Indulgentiam plenariam, lucratur exemptionem ab omni pœna peccatis debita. Nulla igitur pœna ipsi injungenda est. Cum nulla injungenda sit exempto ab omni pœna. Idque supponit Innocentius III. c. cum ex eo in fine de pœnit. & remiss. dum ait, per indiscretas & superfluas Indulgentias, satisfactioſes sacramentales enervari.

Verum opinio ista, 1<sup>o</sup>. Patribus, Conciliis, 247<sup>2</sup> Ecclesie sensu, ratione parum confona est. 2<sup>o</sup>. Ecclesie est minus honorifica. 3<sup>o</sup>. videtur animarum saluti noxia. 4<sup>o</sup>. sufficiente non est fundamento suffulta.

Neque enim primum fundamentum, pro ea nullum, validum est, quia dato, non concessio, quod Bonifacius VIII. id in Confessorio dixerit, dictum istud intelligi non potest in sensu quem Cardinalis de Lugo, & ali Juiiores intendunt: alias fibimetiſi, aliusque Pontificibus, Conciliis, & Patribus Bonifacius adversaretur, ut infra patet: sed hoc sensu, quod nulla satisfactio, ad lucrandam Indulgentiam, à Pœnitentiaris injungenda sit, ultra eam quam ad eam lucrandam ipse Papa injungit. Dicit enim ultra injunctionem hic possum. Hoc autem verificatur, salvâ veritate assertioſis nostris, secundum quam, opera quidem satisfactoria, per Bullam Indulgentie, ad eam lucrandam requisita, ad hoc certeri debent sufficientia, sed suppositis supponendis, quod utique subiectum dignum sit adjuvati per theſaurum Ecclesie, nihilque in ipso obſter effectui Indulgentie. At innumeris sunt, in quibus est obſtaculum, quicque digni non sunt, qui per Ecclesie theſaurum adjuventur, ad conſequendum plenarium effectum Indulgentie plenarie. Neque enim orbi, in gratia per confessionem & abſolutionem exiſtentes, effectu illo digni sunt. Quia, ut sapienter observat Cajetanus tr. 10. de Indulgent. (qui hanc quaſtionem contra Lutheri calumnias accuratissime tractavit) sunt confessi in gratia duplicitis ordinis: quidam solliciti ad satisfaciendum per ſcipsos pro pœccatis suis; quidam negligentes ſatisfacere per ſcipsos: primi condignas pœnitentias vel petunt à Confessoribus ſibi imponi, parati cas implere; vel sponte cas afflunt, dum continuo ſudent per ſancta opera ſatisfacere, jejunando, orando, eleemosynas dando, &c. Secundum vero le viſimam pœnitentiam aut rogant, aut leti ſuſcipiunt, & cum illam impleverint, quam ſciunt esse minimam, non curant amplius de ſatisfiendo. Eri hi ſunt, quibus Indulgentia non proficit, iudicio meo. Nullus enim indignus alia ſatisfactio, pro pœna ſibi debita, conſequitur veraciter fructum Indulgentie. Sed qui libet, in gratia conſtitutus, negligens ſatisfacere per ſcipsum, est indignus aliena ſatisfactio, pro pœna propriis pœccatis debita.

Et talis cenſetur in omni Republica bene ordinata, in qua "quantumcumque rationabiliter ad eſſet quandoque cauſa dispensandi communem theſaurum in cives gravatos ære alieno, negligentes" tamen ſolvere, indigni conſeruent adjutorio theſauri. Ex eo enim quid posſunt de ſuo ſolvere, & non curant, indignos ſe reddunt tali

Dud

tablevamine. Et nisi tales pro indignis habentur, foveretur negligentia: quoniam alii horum exemplo, ad similem negligentiam provocarentur. Hoc igitur efficit oriolos & inertes in otio & inertia, tepidos & negligentes in repte & negligentia fovere, contra Republicam bonum. Quod proinde exigit, ut tales indigni censeantur tali gratia & sublevamine. *Cum igitur Ecclesia sit* Republica à Deo ordinata, bene proinde ordinata, *equum non est ut pro dignis dispensatione spiritualis thefauri habeat taliter negligentes, & tepidos in satisfaciendo pro peccatis propriis, ut cum in finem, nihil, aut ferè nihil faciant, & facere velint; pro quibus ex Ecclesia thefauro satisfacere, quid aliud esset: nisi eorum molitium, tempore, negligientiam, in modo & peccata foveret?* Efficitur potest à Deo accepta uti in destrictionem, non in edificationem (ad quam Deus Ecclesia dedit ligandi atque solvendi, atque ad Indulgencias conferendi potestatem) siquidem efficit ut ad encervandam penitentialem satisfactionem, non sine grandi prajudicio talium animarum. Dum enim penitentialis satisfactionis opera peccatorum negligunt, peccatorum suorum gravitatem non sentiunt, vitiros habitus, male vivendo comparatos, contraria virtutum actionibus non extirpant, nec satisfactoriarum pecuniarum franco a peccato revocantur, cautioreque & vigilanter redduntur. Quibus penitentialium satisfactionum fructibus, à Tridentino enarratis, privati, à peccatorum recidiva non cohibentur; id est que ad solita peccata faciliter redeunt, in hisque perseverantes, taudent imponentes moriuntur, & perirent.

**473** Et amplius illustratur allata ratio: quemadmodum enim viventium suffragis digni non sunt juvari in purgatorio, qui, ut ea sibi prodebet possent, non meruerunt in hoc saeculo: sic digni non sunt juvari de Ecclesia thefauro, qui, ut sibi thefaurus illi prodebet possit, non merentur, scilicet pro posse juvando, pro fuisse delictis, quantum possunt, iustificare non negligendo. Denique digni non sunt amicorum subsidio, qui submergitis subsidium ferre negligunt, cum possint.

**474** Et ideo optimè Baronius ad annum 1075. n. 71. monet, *Sedis Apostolica Indulgencias illis communicari, qui, quantum suppetunt vires, bene operari non prætermittunt; non autem ignoravisi, ostensi, ac negligentia torpecentibus.* Et Bellarmine l. 2. de Indulg. cap. 6. *Indulgencias dari sacerdotibus, neganti negligentibus.* Et Cardinalis Le Camus, Episcopus Gratianopolitanus, Constitut. Synodal. tit. 5. art. 3. de Indulg. docet quod Jubilea & Indulgencia à SS. Pontificibus iis solis concedantur, qui ad proficiendum eorum usum disponunt se per veram penitentiam, quinque CHARITATE JUNGENTE (ut magnus quidam Pontifex ait) MEMBRA SUNT CHRISTI, ita ut applicatio meriti sanguinis Iesu Christi, Sacerdotumque cum ipso in calix regnante, supplementum sit insufficiente satisfactionum nostrarum, Paulus ante vero dixerat, per veram esse doctrinam, quâ Indulgenciarum sacrilegus sit abusus, dum peccatoribus persuaderetur, quid ad faciendam penitentiam minime teneantur.

**475** Laudat Cardinalibus (quibus cap. 205. S. Bonaventuram adjungens) subscribunt gravissimi Episcopi, præcipue Doctores Scholastici, quos eodem capite proferemus.

**476** Non itaque subfinit primum fundamentum, quod pro opinione sua proferunt Cardinalis de Lugo. Nec magis subfinit secundum. Cum enim Indulgencia non fini nisi in supplementum insufficientiae nostrae (ut patet ex dictis, & amplius patet ex Pontificibus, Conciliis & Patribus, capite frequenti exhibendis) nec vergeat debet in defrumentum, seu enervationem Ecclesiasticae, in modo po-

ties Evangelicas disciplinas, penitentialisque satisfactionis nostra: Ecclesia intentio est, semperque fecit, ut solis prodefensit diligentibus, non negligenter, ut facere quod possint & debent pro peccatorum suorum satisfactione. Ex illi soli digni sunt, qui per plenariam Indulgenciam ab omnib[us] penitentiis, qui ex parte sua nihil neglexerunt, quo vicinos redderent satisfactionem. Qui quando viciniores, tanto Indulgentiali plenariâ digniores. Verum cum pauci tales sint, pauci plenarie Indulgentiali plenariam consequentur effectum. Pauci proinde ab omni poena per Indulgenciam liberantur. Non est igitur praetermittenda imposita penitentia sub pretextu Indulgencie.

Primo, quia opinio id permittens, non est idem, ne fundamento sufficiat, ut vidimus. Faustissimi enim, rarissimumque hoc tempore (quo canonicularum penitentiarum usus deficit, antiquo que rigori mortis magna successit) Plenariam Indulgentiali lucerant in tota sua plenitudine. Tum quia ea soli illi digni sunt, qui pro modulo suo dignis penitentia fructus recerant (Indulgencia namque non est nisi in supplementum insufficiente nosfrat, subdiuidumque infirmatatis, quae tanta est, ut etiam post factos pro modulo nonnulla penitentia fructus, non parum supererit nobis in altera vita luendum, nisi succurratur nobis per Ecclesiam thesaurem) sed & quia Confessarii vix aut ne vir quidem scire possunt, quinam plenarie Indulgencia effectu digni sint, sive quinam sufficientes ad hoc penitentia fructus fecerint: cum vix aut ne vir quidem scire possint, que & quanta faustionis mensura pro peccatis singulis cebarat. Tum quia paucissimi sunt, rarissimumque in tota fiduciali universitate, in quibus nullus reperiatur obex plenarii effectus plenarie Indulgencia. Quodquidem ab omni obice soli illi liberi sunt, qui expurgati sunt ab omni affectu ad peccatum quodcumque, etiam veniale. Quamvis vero quis affectum retinet, vel ad unum veniale, illius remissionem sequitur non potest: cum certum sit non remitti penam, quamvis affectus reineretur ad culparum. At quam pauci sunt, quam rari, quibus nullus supererit effectus ad ullum veniale peccatum! Si quia sunt, sancti sunt, & perfecti. Sancrorum vero, perfectorumque quam exigua sit numerus! Tum denique quia multi & valde multi deficient in adimplendis conditionibus ad plenariam Indulgentiali prescriptis, vel ob defectum feroris, seu devotionis in its adimplendis, vel quia minus praestant, quam (secundum Ecclesie intentionem) praetare debent, dum v. g. pris oratio praeficitur, vel eleemosyna, ad lucrandam Indulgenciam plenariam. Multi namque & validi multi scilicet decipiunt, dum (post multa, & normaque crimina) plenarie Indulgentiali plenitudinem lucrari putant, ad consequendum item ad Ecclesia intentum, in Ecclesia determinatas, solim recitando v. g. quinque Pater & Ave: vel solim dando eleemosynam modicissimam, replete ad opes & facultates quibus abundant. Per hoc enim talis peccator sufficiens non contribuit ad finem ad Ecclesia intentum; ad quem convenienter non erat, qui tam parum orat: nec eleemosynam repetitively convenienter dat, qui tam parum dat. Quando enim datur Indulgencia indeterminata ei qui dat auxilium ad fabriam Ecclesie v. g. (ait S. Thomas in 4. diff. 20. q. 3. q. 1. ad 3.) intelligitur tale auxilium, quod sit convenienter ei qui dat. Et secundum hoc plus, vel minus de Indulgencia consequitur. Unde etiam aliquis parer, dans unum denarium, consequitur totam indulgentiam; non autem divers, quem non decet, ad opus tam pium & fructuosum, ita parum datur: sicut non dicentes Rex alicui homini auxilium jecere, si ei obolum daret.

<sup>2478</sup> Secundus: opinio illa videatur animarum salutis nostra, ob ea que dixi n. 2472. sibi finem: si enim opinio ista vera esset, evanesceret studium poenitentiae, & satisfactionis: nec peccatores, quamlibet enormes, vellent ullam subire penitentiam, ultra opera praescripta per Bullam Indulgentiae, praesertim magnis in civitatibus, in quibus tanta frequentia est pleniarium Indulgentiarum, ut nulla sit hebdomada, nulla fere dies, absque Indulgentia plenaria, modo in ista, modo in illa Ecclesia. In istis proinde civitatibus, tanta, tamque frequenter occurrente facilitas plena remissionis, abique necessitate satisfactionis, latam appetire portant, non solum suffragia pro defunctis, plenarii in morte absolutis, sed & satisfactiones poenitentiales, utpote non necessarias, negligendi. Magnum proinde tribueret incentivum delinquendi. Quia etiam millemorum adulteriorum, vel etiam nefandorum contra naturam spuriarum, sacrilegiorum, homicidiorum, blasphemiarum, perjuriorum rei, non obstante totali haecenus salutis incuria, dignorumque poenitentiae frumentum negligunt, cum sola adiunctione, etiam non admodum ferventi (ut in talibus affoleret) modicarum conditionum pro Indulgentia plenaria requiritarum, totum ipsum effectum, absque alia satisfactione sic consequi possent, ut post Indulgentiam repente mortui, recte in celum absque purgatorio transtulerint. Si facilitas venia, Ambrosius judice, incentivum tribuit delinquendi, maximè profecto facilis tanta totalis veniam, atque remissionis. Tanta quippe facilitas tollit precium frenum, quo peccatores a peccando retrahuntur. Quemadmodum enim magis opereretur peccatores, & quasi si anno quodam euerent satisfactionem penitentem, & cautele que & vigilantes in futurum peccatores efficiant; medentur quoque peccatorum reliquis, & virtutis habitus, male vivendo comparatu, contraria virtutum actionibus tollant, ut Tridentinum ait sefi. 14. c. 8. Sic omnia contraria eveniunt, dum frenum istud & media negliguntur.

<sup>2479</sup> Tertiù: opinio illa Ecclesie minimis est honorifica: utpote ex qua heretici ansam accipiunt Ecclesiam calumniam, quod per Indulgentias suas minimis largum faciat forum Dei, uitiumque tribuat illicium peccandi, tantum tribuente facilitatem totalem peccatorum remissionem obtinendi. Quam calumniam facile nos confutamus, dum afferimus, per Indulgentias non tolli obligationem faciendo fructus dignos poenitentiae, nec obligationem eos injungendi. Cum hoc sit de jure divino, telique Tridentino loco citato, "divina iustitia ratio exigere videatur, ut alter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorati- tiam & deliquerint; alter vero qui ferme a peccati & demoni servitudo liberari, & accepto Spiritu sancti dono, scientes, Templum Dei violare, & Spiritum sanctum contriflare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut occasione accepta, peccata leviora putantes... in graviora labamur. Ad quod præcavendum, ad plenam & integrum peccatorum remissionem per Sacramentum Poenitentiae, sine magnis nostris fetibus & laboribus perveniri, ne non possumus (sicut per Sacramentum Baptismi) divina id exigente iustitia (inquit c. 20.) ut merito poenitentie laboriosus quidam Baptis- mus à SS. Patribus dictus fuerit. Nec hoc dicendo, aliquid admittit efficacia Indulgentiarum (professetur Cajetanus ibi supra) sicut nihil admittit efficacia Sacramentorum, ex hoc quod oporteat accedentes ad illa esse dignè diffositos, si fructuosa sibi esse volunt. Soli siquidem indigni Indulgentia, ab illius fructu, juxta hunc dicendi modum, excluduntur.

Tom. III.

Quartus: illa opinio Patribus, Conciliis, Ecclesiæ sensu, rationi parum est consona. Quod parum consona sit rationi, fatis apparebit ex dictis. Quod parum consona sit Patribus, Conciliis, & Ecclesiæ sensu, apparebit ex dicendis capite sequenti.

#### CAPUT CCIV.

Amplius opinio illa confutatur ex Patribus, Conciliis, & Ecclesiæ, seu Romanorum Pontificum sensu.

**H**unc in finem habet Indulgentiarum originem, <sup>2480</sup> & circa eas SS. Patrum, Conciliorum, SS. Pontificum, atque aedē Ecclesiæ sensum ob oculos ponere.

De Indulgentiis itaque Catholicorum quisque merito asseritur Concilio Tridentino sefi. 26. in Decreto de Indulgentiis declaranti, primo, quod potestas conferendi Indulgentias à Christo Ecclesiæ concessa sit, utique Math. 16. & Joan. 20. quecumque solveritis, &c.

Secundo, quod hujusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus Ecclesia usæ fuerit.

Tertius, quod negari nequeat, Indulgentiarum <sup>2481</sup> usum Christiano populo maxime salutarem, & aevorum Conciliorum, etiam Generalium, Nicen I., Lateranensis I., Lugdunensis sub Gregorio X., Viennensis sub Clemente V. autoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse.

Quartus, in his tamen concedendis moderationem, juxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem, adhibendam.

Antiquissimum igitur esse Indulgentiarum usum constat, non solum ex approbatione ipsius per Concilium antiquissima; verum & ex eo quod Christus Dominus, Apostoli, & antiquiores Ecclesiæ Praefices, penam peccatis debitam remiserint. Hoc autem est Indulgentiam concedere. Christus (inquam) Magdalena multa peccata dimisit, quoniam dilexit multam. Et adultere penam remisit, quia se iudicio ipsius, cum maxima contritione, humiliè submissit. Apostolus incepsu Corinthis, nondum peracta tota penitentia, quod residuum erat condonavit, ne abundantiori tristitia absorberet. Et hoc sensu 2. Cor. 2. dicit: cui aliquid donasti, & ego... donavi... in persona Christi, per acceptam ab ipso solvendi potestatem. Neque enim illa Apostoli verba intelligi possunt de absolutione a peccatis, vel ab excommunicatione. Cum & verborum proprietas, & Apostoli contextus, hunc respuant intellectum. Absolutio namque ab excommunicatione propriè condonatio non dicitur: nec in Scriptura sacra, vel apud SS. Pares, taliter usquam appellatur. Illud etiam quod Apostolus dicit: cui aliquid, id est partem aliquam, donasti, & ego, de peccatis intelligi nequit. Nec esset ergo intelligitur de penis, sicut exponitur à Chrysostomo & Theodoro. Aliquam itaque penarum partem, que solvenda supererat, Apostolus condonavit; indulgentiam proinde concedit. Et Christus quidem tam concepit adultere, & Magdalena, sine aliqua satisfactione, per potestatem excellentia. Sed Apostolus, peracta majori satisfactionis parte, secundum Dei Legem.

Et istud est quod (post Apoł.) fecerunt sanctiores Ecclesiæ primorum saeculorum Ante-Nicenes, quos Christiani lapsi, penitentiam sedulè ageribus, ad Martyrum, Confessorumque inflatus supplicationemque, ob egregia ipsorum in Ecclesiam merita, praescripta penitentie partem condonasse legimus in lib. Tertullianii ad Martyres, & in lib. Cypriani de lapsis. Unde in lib. de pudicitia Tertullianus, Montanistam factus, sic expobrat Zephirino Papæ: Tu jam & in Martyrestus

Ddd 2